1406

Actum in Curia Regia Branscensi Feria Quinta post Dominicam Septuagesimae Proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo

Lapinski **Obligatio**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus ptr comparens nobilis Georgius olim Mathis Borowski de Borowo Faeski haeres sanus mente et corpore exns palam publice ac libere recognouit. Quia Ili Stanislao olim Petri Lapinski de Lapy Lynki fili et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in haereditate Lapy Janowieta consisten. In campo ad pnt Jarne odensi ad granicium Plusniakowska tenden. in sex locis vbiq. per duos sulcos in septimo autem loco quatuor sulcos cum agris pratis et omnibus vtilitatibus fructibus prouentibus nullis exceptis in septem sexagenis polon. ad exemptionem et summa praefatae integram et indiuisam exolutionem obligauit et inscripsit. Cui iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac pacea possone per Mtem et Ites duos offose acceptan. dat et admittit Pacemq. tuitionem et Euictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento cuiuslibet quarumuis personarum propinquarum et remotarum toto tempore tenutae eius modi cauet Sub Vadio simili aliarum septem sexagenarum polon. in defectu Euictionis seu praepeditae possonis ad soluendum su.ambendo Et coram officio ptr peremptoria mone sine vlla Dilatione motione appellatione diffugio quauis ac Exceptione.

Sklody antiqua **Donatio**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus ptr comparens Nobilis Andreas olim Adami Sklodo de Sklody antiqua haeres sanus mente et corpore exns palam publice ac libere recognouit. Quia Ili Alberto olim Jacobi Sklodo Mti Regni Generali et ipsius posteris bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Sklody antiqua sit Videlicet in sylua totam et integram sortem suam dictam Bolestowizna in manso Siedlarsewska cum agris pratis campis syluis bonis rubetis fluuijs riuis paludinibus et gntr vniuersis vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus attinen. et pertinen. nullis exceptis pura mera sincera et irreuocabili donatione dedit donauit inscripsit et irreuocabiliter re.

resignauit. Cui iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit. Pacemque Tuitionem et Euictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum propinquarum et remotarum per et vltra omnes praescriptiones Terrestres cauet Sub damnis Terrestribus simpliciter taxatis et edicendis. Et coram officio praesenti peremptoria missione ac satisfactione sine vlla Dilatione motione appellatione Euasione diffugio quouis ac Exceptione.

Plonowska Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Simon olim Stanislai Plonowski de Plonowo haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobili Eue filiae olim Nobilis Floriani Swarowski consorti Nobilis Leonardi Plonowski et ipsius Legitimis successoribus totam et integram sortem suam omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Zmurty consistentium dictam Marcinowska per se recognoscentem ab olim Nobili Adamo Zmurto Kepka iure perpetuo acquisitam cum agris pratis campis syluis et omnibus vtilitatibus ac attinentijs nullis exceptis in Decem florenis polonicalibus ad exemptionem et summae praefatae integram et indiuisam exclutionem obligauit et inscripsit Cui iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit. Pacemque tuitionem et Euictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum propinquarum et remotarum toto tempore tenutae eiusmodi cauet Sub vadio simili aliorum Decem florenorum polonicalium Et coram officio Castrensi Drohyciensi peremptoria missione omnibus in vniuersum iuris remedijs et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores vti abscribendo et ab renunciando.

Peza Racibory Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Valentinus olim Nicolai Perkowski de Perki Lachy haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit Quia Nobili Joanni olim Adami Peza et ipsius Legitimis successoribus bonorum suorum immobilium in haereditate Racibory consistentium In campo od Bone in tertia pessula Quinque sulcos a granicie Staranies Racibory ad Gaiewizna tendentes inter metas Nobilium Alberti et Mathiae Racibory iacentes Item in alio campo w Gaiewiznie tres sulcos in prima pessula a meta